



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Agapitvs M. 18. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

18. AVG. *Vita Sanctorum* 449  
tam sancta Magistram / mentitus est,  
& Virginitatem cum velo jussit exuer-  
re, ni vita vellet exui. Sed rejecta hac  
adulterina sorore, Vita doctor deinceps  
Christus successit. Hic modo CLARA  
vel e Matris sinn osculum, vel seipsum  
manibus suis cibum ferre, vel stipem  
Mendicus auferre; modo Agnelli for-  
mam castissimam colludere, modo deniq;  
cum Cruce Sponsi habitu adesse, & lo-  
cum huic in corde expetere. Atq; tunc  
nobilem illam, & quam in grandi de-  
mortuorum corde admirabundus Orbis  
spectavit, peractam cælaturam credi-  
mus, quæ præter ternos ejusdem inter-  
se ponderis globos (nobile Sanctissimæ  
Triadis symbolum) omnia Sponsi pa-  
tientis arma exhibuit. In nobis nil tale  
ideo Cæluin sculpit, quia dura heu-  
nimis saxa gerimus. *Ex monum. Eccl.*  
*Mont. Falc.*

S. AGAPITVS M. 15. Augusti.

**E**Tiam AGAPITI citius annos,  
Qui X V. tantum fuere, quam pug-  
nas numeres. Nervis enim primò diris-  
simè cæsus talem se præbuit, ut Sparta  
suum diceret, nisi Prænesti sibi vindicaret.  
Mox in carcere quatuor diebus  
sine omni cibo degens suo succo, hoc  
est, cæli deliciis vixit. Inde iterum pro-  
tractus vivos carbones in capite cir-  
cumtulit, pulchre ipso suppicio suo

Ff 5

co-

450 *Vita Sanctorum.* 19. AVG.  
coronatus. Sub hæc vestibus spoliatus  
omnibus, ad luctam se jam expeditio-  
rem credidit. Ab equuleo ex pedibus  
pendulus gavisus est e terrâ sublatum  
calo se propiorem esse. Flagris pessime  
acceptis nuditatem tunc domestica  
purpurâ texit, sanguine. Iam ubi fu-  
mum pendenti. Antiochus præses subi-  
jecit, risit etiam hunc, ut cuius consilia  
omnia denique in fumum abirent.  
Tum verò geminari verbera, & per-  
fundii pectus bulliente à flammis aquâ,  
& pugnis frangi malas Athletæ tyran-  
nus iussit. Sed hic, non ille etiam hæc  
sensit supplicia, vi divinâ è tribunali  
mox etiam è vitâ exturbatus. Aurelia-  
nus ergo Imp. morte AGAPITI An-  
tiocho suo parenturns ad bestias  
damnavit invictum. Sed haecum pedes  
victoris laiberent, docuerunt humani-  
tatem in feras, feritatem in tyrannum  
immigrasse. Tandem A G A P I T Y S  
decollatus intra geminas columnas di-  
cere sine mendacio Herculi potuit  
PLVS VLTRA. Ex Ferrario.

S. L V D O V I C V S E P I S C.  
19. Augusti.

L V D O V I C V M Caroli Régis Si-  
ciliae primo, post S. Francisci filium  
renes. Puerulus somnum statim humili-  
precationibus interpellavit. Caponem,  
quò pauperum præda esset, pio furto è  
mensâ